

V I R O

Reverendo plurimum atq; Clarissimo,

DN. M. JOHANNI Neunachbar /

**Ecclesiarum apud Thorunienses or-
thodoxarum Pastori, SS. Ministerij Se-
niori, & in Gymnasio Theolo-
giæ Professori,**

Cum

Castissima Pudicissimaq; Fœmina,

MARIANNA CRÜGERIA

Viri quondam Nobilis pariter atq; incluti,

**DN. EHRENHOLDI Royen / relicta
vidua,**

Nuptias celebranti

**Successa quævis precantur Collegæ-
amici.**



Excudit MICHAEL KARNALL.

1656. xt.

XXIII, 92

R Arrior est noster factus, Deus, undique cœtus,
Dum grassata fuit laxis trux pestis habenis
Hactenus, & nondum miserorum mœnia liquit.

Ordo sacer viduus; viduus fascesq; gerentū:
Nata gemit patrem; luget fœmella maritum:
Funera quisq; adamata dolet. Neque dicere quisquam,
THORUNIUM, poterit, quæ te mala divite censu
Lassarunt huc usque, fatigabuntque deinceps.

Commeruere luem summo tendentia cœlo
Crimina: luxuries, fastus, vesana libido,
Perpetuus verbi contemptus, iniquus habendi
Res amor: atq; alia huic nostro quæ plurima seclo.

NEUNACHBARE, *decus nostrum*, tua lumina testor,
Oraque docta, viris annon hæc talia nostris
Perspicue indixti? Immo ex te monitoria crebro
Sunt audita. Sed hæc levibus committere ventis
Hi pro more suo sverunt. Vix quinque viarum,
Inventi meliora sequi. Mala cætera turba.

Interea thalamum ingrederis, serere ipse paratus,
NEUNACHBARE, annis venientibus utile lignum.

Ligna riget DOMINUS! *vicinos illa recentes*
Producant numero non parvo! ita secula quondam
Aurea erunt, poterisque tuo gaudere labore,
Ejusdem fructu lætabundusque fruisi!

L. M. 2.

M. EBERHARDUS Müller

Ecclesiastes Thoruniensis.

Was ist's in Einsamkeit sein Leben wollen schließen/
Vnd mit dem Orpheo gleich in den Wildenissen
Nur auf der Traver. Lehr das eine Liebes. Wild
Beklagen/ das doch nicht zurück kehrt/ und ihn stillt?
Die Einsamkeit bringt das/ was jenem wiederfahren:
Reißt unser Leben hin/ eh' als man kömpt zum Jahren/
So vns gesetzet hat/ der Meister der Natur:
Sie ist des Lebens. Tod/ zum Glück des Unglücks Spur.
Wir suchen alle Frewd' und Frewd ohn Mitgesellen
Ist wie ein gut Gericht/ das man vor will vergällen.
Wir suchen Trewe Freund' und sind gar dünn geseht:
Kömpft Unglück/ siehet man/ wie sie der Wind hinweht.
Siebt einer sich noch an/ so zeigt er sich von ferne/
Schewt seines Freundes Plag': ein ander wolte gerne
Was thun/ den läßt man nicht. Oft seuffzet man alsdan:
Wo bistu nun mein Freund? wer nimmet sich meiner an?
Ich mein' HERR Bräutigam/ Ihr habt recht wol studieret
In mancher Creuzes. Schul/ was Einsamkeit gebieret:
Das freundschaft flüchtig sey/ wo Gott der Höchste Freund
Nicht giebet einen Freund/ ders immer Treulich meint.
Drumb legt Ihr einmahl ab die Einsamkeit/ geselles
Euch eine Freundin bey/ die Lieb' auf Tugend stellet/
Auf unbewegten Grund/ die ist wie ein quadrat/
Es falle wie es woll/ so bleibt sie doch gerath.
Der Stifter dieses Wercks woll' Euch also verbinden/
Das Zanck und Wiederwill sich niemals bey Euch finden.
Das Ihr sagt: Ich bin Du/ Sie Du der ander Ich/
Wo du meinst Herzlich mich/ nicht anders mein' ich dich.
Er breite über Euch die Flügel seiner Wächter/
Er kröne ewer Hauß mit dem/ was die Verächter
Vnd Neyder. Herzen quält: Er gebe das der Neyd
Sich Euch gefangen geb' / vnd das/ was bringet Leyd.

102870
MAGISTER JOHANNES NEWNACHBARUS

ἀναξαρμαλιστήν.

THORUM VENERANS ENAVIGABIS HANC.

Secula nostra, remollescant ni fata, minantur,
Quæ contegore Græciæ
Quando Lycaonios errores Jupiter ultus
Peremit undis noxios.
Mortis enim subitæ furit exitiale potestas,
Ut mole rupta flumina;
Martis & horrifoni vis undabunda restagnat,
Ceu cærus pater juvet,
Ut defrenato volvantur ad omnia cursu:
Quod Mars relinquit, Mors premit.
Ecquis Deucalion, quæ Pyrrha est, qui rate tuta
Enavigent è gurgite?
Sponse colende, petis sacra per connubia montes:
Et fors habebis heic ratem;
Atq; Thorum venerans juncta pietate procellam
Enavigabis hanc feram.
Nomina si spondent hæc omina, ab æthere, crede,
Connubium hoc afflabitur,
Ut, ceu Deucaliona thori cum compare Pyrrha,
Comitetur aura nuptiis.
Hoc petis, atq; hæc est votorum summa meorum,
Nil gratius sperabitur.

*Benivoli gratiq; animi testandi
ergo faciebat*

GEORGIUS CÆSPERUS designatus
Gymnasij Visitator.